

ei conspiciebatur. Deinde  $\text{\textcircled{E}}$  aqua potest reflectere, quod radij Solares ex aquis reflexi in parte opposita conspiciunt, ipsæq; visibilibus imaginibus  $\text{\textcircled{E}}$  formæ testantur. Sic Aesopus canem narrat propè flumen currentem, conspecta in eo imagine particula carnis in ore gestata, hiatu ipsam quoq; capere tentantem, utraq; fuisse privatam. Ita Seneca ait, Solem, cuius formam intueri non possumus, verum candida luce fulgentem, hebetato lumine spectari in humore lævoreq; aqueo. Tale est illud pastoris Virgil.

Nec sum adeò informis; nuper me  
in littore vidi,

Cùm placidum mentis staret mare:  
non ego Daphnim

Iudice te metuam, si nunquam fal-  
lit imago.

X 5 Hanc